

quibus dignus erat, modis afficitur: tandem etiam vestibus suis exiit, & attritis lacernis induitur, desertusque à suo, quem adducebat, teste, miserrimè multatur. Interim accedit ad ostium Chremyli quædam anus decrepita, Pluto & ipsa irata. nã priusquam ille vidisset, ipsa cuidam adolescenti placuerat, qui cæco pecuniæ amore adductus, diuitem istam amauerat vetulam: nunc autem apertis Pluti oculis, ipsa anus agnita à suo deferabatur marito iuvene. Iraque iustum orat, vt Plutum ad æquitatem redigat, quò sibi pro datis beneficijs ab adolescente digna referatur gratia. Mox ipse adest iuuenis, qui conspecta amica, senectutem & canos ac rugas illius admiratur: vt qui cæcus antea, ista non viderit. Mirificè illic, tam à sene, quàm à iuvene misera anus exagitur. Ad extremum vir iustus adolescentem exhortatur, ne eam deserat: & cum vinũ ebiberit, etiam fæces combibat. Dum hæc illic geruntur, aduenit Mercurius, & Carionem è domo seuocat, ac se desertum & famelicum esse conqueritur, quando omnibus iustis & pietatis cultoribus ditatis (erant enim antea pauperes) iam nemo sit, qui liba aut sacra sibi pro diuitijs offerat. Simul Carionem orat, vt hospitio Mercurium dignetur, ipsũque in domum suscipiat. Ille inquit negat: sed cum Mercurius se ad omnia, etiam infima officia, descensurum promitteret, tandem recipitur, & pecudum intestina abluere iubetur. Postremus adest Iouis sacerdos, qui & ipse de fame sua conqueritur, quòd nemo iam sacrificet, nec templum ingrediatur, nisi alui exonerandæ gratia. Huius vicem miseratus Cario, Plutum è domo euocat, & in locum Iouis Olympij, vbi publicum erat ciuitatis ærarium, reponit: simul anui bonam spem de reditu amatoris facit, & cum ea templum Iouis ingreditur. Quos abeuntes omnis Chorus cum cantu prosequitur.

## A L I V D.

**P** lutum admonet vir pauper visum recipere,  
**L** aboriosos simul accersit agricolas.  
**V** bi Blepsidemus accessit socius: venit  
**T** um pauperies: repellitur. Cæco Deo  
**V** isum dat Æsculapius: gaudent boni:  
**S** auiant mali. Pluto etiam cedit Iupiter.

Η υπόθεσις τῆ παρόντος δράματος, ἔστιν αὕτη.

**Β**ουλόμην Ἀεισοφάνης σκώψαι Ἀθλωάμοις ἀδικία καὶ συκοφαντία καὶ τοῖς ποιούτοις συνόντας, καὶ δὲ τὸ πλούτουτας, πλάττει φρεσβύτην τινὰ γεωργὸν Χρεμύλον τρωόμενα, δίκαιον μὲν ὄντα καὶ αὐτὸν τρέποις χρῆσον. πένητα δὲ ἄλλως, ὃς μετὰ τὴν αὐτῆς θεράποντ' ἔλθων εἰς Ἀπόλλω, ἐροῦσά περὶ τῆς ἰδίου παιδός, εἰ χρὴ τοῦτον ἔροπον χρῆσθαι ἀμύνησαστα, ἀδικίας ἀντιποιεῖσθαι, καὶ ταῦτα τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδύθειν. ἐπειδὴ περὶ διμῶν τοῦτο, ἐπλούτου. οἱ δὲ τὰ ἀγαθὰ πορῆοντες, πένητες ἦσαν. καὶ δὲ περὶ αὐτὸς οὐδὲν ὁ Χρεμύλος ἔχρησεν οὐδὲ αὐτῶν ὁ θεὸς σαφές μὲν οὐδὲν. ὅτῳ δὲ ἐξίων ἐντύχη, τοῦτ' ἔπειθ' ἐπέδωκε καὶ ὃς γέροντι ἐντυγχαίνει τυφλῶ (ὃ δὲ οὐδὲν ὁ Πλούτος) καὶ ἀκολούθει ἐν τῆς μαντείας, μὴ εἰδὼς ὅτι ὁ Πλούτος ὄσθι. δυσχεραίνων δὲ ὅτι τὸ κατ' ἑαυτὸν ὁ θεράπων, μόλις αὐτὸν ἐροῦσά τὴν ἑνεκα τοῦτ' ἀκολουθοῦσι. καὶ ὁ Χρεμύλος λέγει αὐτῶν πῶ μαντεία ἔπειτα μανθάνουσι παρ' αὐτῶν Πλούτου ὃς τις ἐστὶ. καὶ ὅτῳ χάριτι τυφλὸς ἐγερόναι ὡς τὰ Διός. οἱ δὲ ἀκούσαντες, ἠθέησαν τε καὶ βουλήν ἔχον ἀπαγαγεῖν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιῶν, καὶ πῶ τῆς ὀφθαλμῶν θεράπωνται πῆροσιν. καὶ ἵνα τὰ ἐν μέσῳ παρὰ τας τῆ Βλεψιδέμου ἀπλογίας καὶ τῆς Πηνίας αὐτῆς ἀπήγαγον τε αὐτὸν ὅτι τὰ χρεῖστα, καὶ ὑμᾶς ἐπανήγαγον οἱ καθεὶς ἐπλούτησάν τε ἰκανῶς, ἐκ αὐτοῖς μόνοι, ἀλλὰ καὶ ὅτι βίου χρῆσθαι ὡς ἄνθρωποι, πένητες ἦσαν. Ἐπιγέγραπται δὲ τὸ δράμα, Πλούτος Ἀεισοφάνης.